

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio bx  
cum fonte primo

Illud non ociose transcurrendum est  
quod uno peccante ira Dei super omnem populum uenit.  
Hoc quomodo accidit?  
Quando sacerdotes qui populo praesunt  
erga delinquentes benigni uolunt uideri  
et uerentes peccantium linguas  
ne forte male de eis male loquantur,  
sacerdotalis seueritatis immemores  
nolunt complere quod scriptum est:  
Peccantes coram omnibus argue ut ceteri  
et cetera.

Idem (Origenes) super Numeri.

Sed et illud non otiose transcurrendum est,  
quod uno peccante ira super omnem populum uenit.  
Hoc quomodo accidit?  
Quando sacerdotes, qui populo praesunt,  
erga delinquentes benigni uolunt uideri  
et uerentes peccantium linguas,  
ne forte male de his loquantur,  
sacerdotalis seueritatis immemores,  
nolunt complere quod scriptum est:  
*Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri*  
*metum habeant, et iterum: Auferte malum de uobis ipsis,*  
*nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem:*  
*Tradi huiusmodi hominem Satanae in interitum carnis,*  
*ut spiritus saluus fiat.*

Origenes, *In Iosue homeliae*, 7.6 (SC 71, A. Jaubert ed., p.208).